

Eva Uršič:

**FUGIO INANITATEM — BEŽIM PRED PRAZNINO**

Ipsa sum fugiens inanitates,  
Quae quam retia sunt araneorum  
Se extendentia deprimenter in me.  
Tete memet amare somniabam.  
Extensos per agros nitente luna  
Saltabant erióphora otiosa.

**SOLA SUM — SAMA SEM**

Sola sum premitque me  
Solitudinis timor  
Et tenebras horreo;  
Vexor infortunii  
Sensu mota turbidi  
Ac metu mei tremo.  
At cum specto denuo  
Noctis in caliginem  
Longae huius inviae,  
In tenebris his iubar  
Conspicor duplex: tua  
Ista clara lumina.

*Ljubljana*

Vertit: S. Kopriva